





C. I. N. D. N. I. C.
DISPUTATIO IURIDICA,
DE
INSTANTIA IMP.
PROCERVM PRIMA.

195.

26

Dep. x.

1657 6.

Sive
AUSTREGIS IMPERIALIBUS,

quam
sub Præsidio,

Viri Amplissimi & Consultissimi,

DN. JOHANNIS REBHAN,

U. J. D. & Pand. Profefs. Ordin. celeberrimi,
Patroniac Præceptoris sui venerandi,

publicè ventilandam proponit,

JOHANNES CHRISTOPHORUS

Brisch / Norimberg.

*M. Julij, d. horis locoq̃
solitis.*



ARGENTORATI.

Typis Hæredum JACOBI THILONIS,

ANNO clb, lbc. LVII.



VIRIS
NOBILISSIMIS, PRÆSTRENTISSIMIS,
CONSULTISSIMIS, CLARISSIMIS,
DICASTERII,
INCLUTAE REIPUBLICAE NORICAE
DN. DN.

JUDICI,
ASSESSORIBUS

ET
SCABINIS,
GRAVISSIMIS, DEXTERRIMIS,
DOMINIS, ET PATRONIS MEIS
MAGNIS.

EXERCITATIONEM HANC JURIDICAM
IN SUBMISSÆ MENTIS ET DEBITÆ
DEVOTIONIS INDICINAM,

SACRAM ESSE CVPIO.

IOHAN. CHRISTOPHORVS
Frisch.

A. & R.



C. I. N. D. N. I. C.

Præfatio.



Um in quâlibet, sivè summariæ sivè plenariæ sint, causarum persecutione judiciali, præter communis juris dispositionem atq; ordinem, sæpè etiam vigore statutorum ac consvetudinum localium, forma alia, aliusque jus suum in iudicio persequendi modus introductus obtineat, hicque omnino religiosè sit attendendus atq; servandus: quippè quicquid Principi, vel statuenti, ut observetur & Juris ordo sit, placuerit, etiã id esse censeatur, quod fieri sit necesse, adeò ut si requisitum tale deficiat, & ordo juris non observetur, prorsus ille nullius sit momenti, & quidem nullo discrimine habito, sivè ordo ille sit unius causæ ad se ipsam, sivè ad aliam. Nam juris ordo præcisè retinendus, & quicumque hunc mutat, videtur, quicquid egerit, irritum facere velle. *Confer. Thesaur. Jurisprud. v. ordo.* Etenim talia æquè ac alia constituta subtilissimo animo, & divino quodam motu, *l. ult. C. de præscript: long. temp. l. ult. C. de fideicommissis*: ac maturo consilio, præhabitâque deliberatione condita & introducta merito creduntur, *l. 8. C. de ll. Nov. 80.* Undè et-

A

jam



jam Doctores communiter tradunt, quod solemnitatis etiam levis, à statuto tamen vel lege pro formâ actus aut ordine constitutæ omissio, processum sive actum vitiet. *per l. 26. §. si feria 7. ff. ex quib. caus. maj. l. 7. ff. de restit. in integr. l. 183. ff. de R. l. ubi lac. Gothofred. Scip. Gentil. tr. de solemnit. c. 5. Barbosa. in tr. axiom. juris. v. forma. n. 12. Thesaur. jurisprud. v. solemnitas. Cravett. cons. 142. col. 3.* Placuit mihi disputatione hâc, paucis ac brevibus propositionibus illam privilegiatam Austregarum, quam vulgo vocant, Instantiam, hujusque solemnia atque ordinem dilucidare, saltem amicæ bonorum dispositioni exponere; cum sæpè teste *P. Frider. 1. de process. 16. n. 1. pag. mihi. 103.* temerè admodum atque imprudenter contra Principes statusque Imperij alios, nec non Nobiles Imperij immediatos, in Camerâ Processus extrahi atque agi videamus, quo super postea provocans in expensas parti temerè citatæ refundendas condemnatur. Parvi pendo cætera, si hæc sensa mentis meæ ad calumniatorum tribunal (nam Aristarchis istis, solùm *εὐρηκᾶ* suum ingeminantibus, planè ignoscendum esse arbitror) à quibusdam citentur, cum & mihi illud Græci Oratoris probatum sit; *πάντων ἐστὶ δυσχερέστατον τὸ πολλοῖς ἀρέσκειν.* Et constitutum, non tractatum, sed summa tantum capita hîc tradere, neque hæc undique exquisita & sublimia, sed quæ sufficiunt exercitio Academico. Ludit ingenij mei cymba adhuc in lacu exiguo, alius magis exercitatus se Pelago credat & majora præstet.

Adspira cœptis, Christe benigne, meis.

THESIS. I.

Est, uti dixi, hæc, quam disquirendam selegi, materia de Austregis.

Austregis. De cuius vocis definitione, atque significatione, si quid prius mihi dicendum fuerit, assero, eam Teutonicam esse, & solo communis Patriæ nostræ enatam atque vernaculam. Proprièque ac populariter idem significare, quod exportare, efferre, e.g. rem quâpiam è navi, è domo defunctû, efferre, *Austragē* / & per Metaphorâ divulgare, etnen austragen / etwas vnter die Leuth bringen. Translatam deniq; in forum, factam eam hactenus forensem, ut *Austragen* / effectu quidem idem sit ac significet, quod *vertragen* / concordare. Modo verò hactenus differant, quod is in Austregis cert^o, vel pactorum formulis, vel lege publicâ definitus, & exindè vox hæc specialis sit atq; magis Emphatica, utpotè cuius vis & potestas non tantum controversiæ à certis iudicibus, intèr certas personas obortæ cognitionem & compositionem implicat: verùm etiam & simul ab his ejusdem propositionem, meritorumq; inductionem, & disputationem designat. Eine Sach vor einem gewissen Richter austragen / hoc est, vorbringen / erörtern / vnd entscheiden. Ità, ut si hîc conjecturæ locus, putem, *Austräge* / dici analogicè, ratione denominationis ducta ex eo, quod quemadmodû è loco quodâ res exportatæ facilè possunt cognosci & distrahi: locus etiam, in quo antè reconditæ servabantur, facilius purgari, & ad usum pristinum accommodari: Ità etiam litigantes tales, quandò intentiones suas, harumque fundamenta, quæ mente offensâ premebant, extulère sive proposuère, postea à iudicibus talibus, præviâ prolatorum decenti cognitione & dijudicatione, facilius iterum conciliari & concordari queant, daß die zwischen des Heil. Röm. Reichs ohne Mittel vnterworffene Stände vnd Glieder entstandene differentien vnd Zwenungen vnter ihnen selbst / nach Maß vnd Weis / als die in der Cammergerichts, Ordnung vnd anderen Reichs, Constitutionen vorgeschrieben / nach müglichen vnd süglichen Dingen / mit Rechte außgetragen vnd entscheiden werden. Conf. C. l. A. 5. ff. 1. th. 257. P. Frider. 1. de process. 16. n. 1. Ziegler. in comm. concl. 5. Austrage. n. 5. Reinking. de reg. sec. & Eccl. 2. c. 16. n. 8. pag. mibi. 903. Dn. Limneus. 9. Iur. publ. 5. n. 2. & seq.

II.

Quamvis etiam hoc in significatu, verbum Austregarum

A 2

diversi

diversi modè accipiatur, & vel improprie. 1. Per Metonymiam causæ, pro ipso nempè jure & privilegio, quo privilegiata hæ instantiæ introductæ & ordinibus Imperij immediatis permiffæ sunt. *fac. Ord. Cam. 2. Tit. 2. ibi.* Aufträge gegen einander haben. 2. Per metonymiam adjuncti, nempè pro ipsis Judicibus, qui istis instantiis præsidere solent, quomodò vulgò dicitur, die Sach ist vor den Aufträgen / sive, ist vor die Aufträge gebracht. Item, sie hanget vor den Aufträgen. Vel proprie, ubi generaliter sumitur pro instantiis primis quibuscunq; , quæ sunt peculiares & amicabiles controversiarum inter Ordines Imperij exortarum disquisitiones & compositiones. *P. Frider. d. l. de process. 16. n. 1.* specialiter verò pro instantiis illis primis privilegiatis, quæ in Imperio & quidem Jure publico, inter Ordines Imperij hodiè obtinent.

III.

Ex quibus simul apparet, Austregas rectè à Doctoribus dividi in particulares, sive conventionales & legales. Et particulares esse, quas nonnullæ tantùm Illustres familiæ ac corpora sibi ipsis, vel cum aliis peculiares per certa compactata jurata constituerunt. *Cubach. ap. Arum. 4. Jur. publ. 36. n. 1. Dn. D. Schüz / 2. Jur. publ. 3. th. 3. vulgò Erbeinigungen / Erbeverträge / Stamm Aufträge.* Item, sonderliche gewillführte Aufträge / so die Stände unter einander haben / vocari solent. *Ord. Cam. 2. tit. 2. Speidel. in notabil. v. Aufträge.* Et inter alias celebres sunt illæ, quas Duces Saxoniz non tantùm inter sese, *vide Cubach. d. l. n. 5.* verum etiam cum Marchionibus Brandenburgensibus & Hassiæ Landgraviis habent. Conferatur assertor Juris Imp. Publici Rom. Germ. præstantissimus & Clarissimus, Dominus Joh. Limnæus, Celsiss. Principis Marchionis Brandenburgici Onolsbac. Consil. fidelissimus, optimè meritus. *9. Jur. Publ. 5. n. 1.* Nec non Regnum Bohemiæ & laudata domus Saxonica Celsissima, uti videre est ex Recessu dato *Praga. d. 14. Octobr. Anno 1587.* quem refert *Dn. Limnæus d. l. & post eum Dn. D. Schüz. 2. de Jur. publ. 3. th. 3. lit. c.* plerumque enim inter diversas familias obtinent: unde etiam subdividuntur, quod aliæ sint certæ & confirmatæ, aliæ incertæ seu compromissariæ. Item, quod aliæ sint,

*infratermitales et
gentilibus, ni si Imperia
in mare precedente, nulla sunt*

5.
sint perpetuæ Erb. Aufträge / aliæ temporales, de quibus vi-
dere licet. *Cubach. ap. Arum. d. 4. discurs Iur. publ. 36. n. 2. & seqq.*
ubi de his fusius. Communes verò sive legales sunt (quæ etiam
per excellentiam à nonnullis imperiales vocantur, & dicuntur,) *instan-
tiaz privilegiata primæ, procerum imperij, lege publi-
câ introductæ & confirmata. Gemeine des Heth. Röm. Reichs
Aufträge.*

IV

Atque hæ Imperiales Austregæ (de quibus etiam impri-
mis nobis hîc sermo est) definiuntur à Dn. D. Schüzen /
d. 2. de jur. publ. 3. th. 2. quod sint Judicia quædam, in quibus
Ordinum Imperij mediatorum, lites in primâ Instantiâ, ju-
xtâ præscriptum in Ordinatione Cameræ, ab Imperio, modum
& formam, proponuntur, cognoscuntur sive deciduntur. At-
que hanc definitionem, cum ibidem pro sufficiente tradat, sal-
tem, quod aliàs Dd. quali quali tantum descriptione soleant es-
se contenti: *l. 202. ff. de R. D.* neque etiam per se necessarium sit,
omnia requisita, quæ fieri necesse est, in definitione exprimere,
sed sufficere, si vel implicite aut tacite intelligantur & compre-
hendantur. *arg. §. 1. I. de patr. post §. 1. I. de oblig. quæ ex del. nasc.*
& passim in jure: Nostrum a. non est in scirpo nodum quærere,
ideo hâc cum definitione simplici confidentiâ transimus.

V.

Auctor harum instantiarum primarum à Dd. communi-
ter laudatur D. Maximilianus I. Imp. Augustissimus, memo-
riæ gloriosissimæ, qui exigentibus ipsis Electoribus, & Stati-
bus Imperij reliquis, Austregas tales primum in Comitibus
Wormatienibus Anno 1495. introduxit. *Dn. D. Schüz. d. l. th.*
4. lit. b. quæ postea à successoribus Augustissimis repetita, con-
firmata & ad auctæ. *Recess. Imp. de Anno 1521. 1548. 1555.* & sa-
nè antè Maximilianum. I. Imp. vix quispiam privilegiata hu-
jus instantiæ vestigia ullibi deprehenderit: certè nullibi antè
privilegij hujus fieri mentionem, puto extrâ dubitationis ale-
am esse ponendum. Ut ut particulares istas moribus & pa-
ctorum formulis, longævâ Germaniæ consuetudine obtinuis-
se, facilius largiar. *Auth. der Thonawertischen information, ibi quæ de*

A 3

pag. 115. *non de particula
tegety aufreij. ver
es stant / sind in
apth in fort gluis
a primare germana
Inzobnauer auftrag
reisthufen vorzonen*



pag. 115. bey ihren Austrägen & pag. 142. ibi, à primavâ Germania consuetudine, herbrachten Austrags-Rechten Dn. Limna. d. l. n. 3. & seqq. & Dn. D. Schüz. d. l. th. 4. lit. a. Ubi rectè distinguunt inter Austregas per Ordinationem Cameræ introductas, & eas, quæ per pacta, privilegiaque receptæ, docentque has quidem, sed non æque illas, jam antè etiam fuisse in usu: cumque privilegio ex sint, quisquis contrarium asserit, necesse est ut probet. *add. Const. Cam. de Anno 1495. Tit. wie Prälaten/ Grafen etc. Schubb. Diss. Doctoral. de Austregis. concl. 2. per tot.*

VI.

Introduxit autem laudatissimus Imperator, instantiam hanc privilegiatam, novâ quâdam humanitatis ratione, atque hunc in finem, ut, cum mediate Imperio subjecti, legibus & Constitutionibus Imperij comunibus, plures habeant instantias, quibus Jura sua diversis vicibus urgere, atque ea, quæ fortè in alterâ priori per injuriâ omiserant aut neglexerant, in alterâ posteriori diligentia recuperare queant, & sic male judicata corrigi & reformari: etiam Imperij Statibus, eidemque immediate subjectis, hac ipsa constitutione provisum esset, saltem iidem pari æquo jure cum mediatis hæctenus gauderent: ne hiscè deterioris viderentur conditionis, (quod certe iniquum simul & indignum, cum Principibus magis, quam privatis sit indulgendum, *arg. l. 2. de offic. Præs. Andr. Knichen. de Saxon. non provoc. Iur. v. Elector. c. 4. n. 22.*) ac statim Supremo Camera-li Judicio, causasque simul, ut plurimum gravissimas, committere tenerentur. *Thom. Michael. de Jurisdic. concl. 38.* Quæ constitutionis hujus ratio, cum expresse in privilegio Reipublicæ Patriæ charissimæ, inelytæ Norimbergæ, à Carolo V. Imperatore *Aug. Anno 1540. 6. Jul. dato, adducatur, ibi post alia. Damit sie auffß wenigst zwo Instantien haben / vnd ihnen die Gutthat vnd Hülff der Appellation, gleich so wohl/ als dem jenigen/ so dem Reich nicht ohne Mittel vnterworffen / vorbehalten vnd vnbennommen bleibe/ referente, & non nihil plenius, Paurmeistero. 2. de Jurisdic. 4. n. 141. & ex hoc Speidel. in notabil. v. Aufßfrage.* Certè non est, ut circa commentitias illas, saltem secundarias rationes, nempe ideo Judicium hoc introductum esse, ut eò

ut eò citius terminarètur negotia: vel Imperij Camera, sub tanta decidendarum causarum mole quotidie desudans, hæcenus saltem nonnihil relevaretur: Vel ut Principes Statusq; & Proceres Imperij haberent Judices conditione & dignitate sibi pares, ab Ampliff. Dn. Limn. d. l. n. 72. & seqq. adductas: aut planè particulares istas, inter quas hæc imprimis: ne scilicet subditi ab omni Juris auxilio destituti relinquerentur. §. ult. l. de his qui sui vel al. jur. Reinking. 2. de Regim. sec. & eccl. 2. c. 16. Klock. I. consil. 52. n. 136. dubij hæreamus. Sanè in novissimis Imperij Comitij D. Ferdinandus III. Imperator promisit, se post hæc nemini facile Jus Austregarum sive privilegium primæ Instantiæ, qui hucusque tali non esset gavisus, concessurum, uti apparet ex Recessu Ratisb. de Anno 1654. §. 114. weilen auch die Stände.

VII.

Uti autem alia judicia constituunt Judex & litigantes, hi que sint vel Actor & Reus. Ita quoque hoc Austregarum judicium iisdem personis constat, sic ut unâ harum deficiente vel inhabili existente, nullum sit judicium: Igitur de his & eorû habilitate & inhabilitate nunc pauca etiam dicemus.

VIII.

Et quidem habilitas harum personarum rectius cognosci & dijudicari non potest, quam si Ord. Cam. 2. tit. 2. & seqq. cynosura constituatur, siquidem ex hæc, uti Judicium ipsum hoc privilegiatum vim suam accepit: ita merito pro capite & fundamento illius, omniumque adjunctorum, habetur.

IX.

Faciamus ab ipsis Reis horumque requisitis initia: Sunt horum hæc præcipua. 1. Ut illi sint immediate Imperio subiecti: consequenter. 2. Ut neminem Judicem superiorem agnoscant, nisi ipsum Imperatorem, aut Camerale illud Imperij concilium sive Tribunal, quod Spiræ Nemetum, quam Camera Imperij vulgo vocant. confer. Ord. Cam. 2. Tit. 4. Ubi tamen novisse oportet, cum immediate Imperio subiectorum non unâ eademque sit conditio & ratio, quatenus alij per excellentiam dicuntur Status Imperij; alij verò in specie & tantum Imperio

perio immediate subjecti, ut sunt Nobiles Imperij liberi & immediati. Des Heil. Röm. Reichs Freye vnd vnmittelbahre Ritterschafft. Inter ipsos etiam Imperij Status alij sint primi Ordinis, ut Electores, Principes & principali eminentia præpollentes. Fürsten vnd Fürstmässige/ Geistliche vnd Weltliche/ alij verò secundi Ordinis, ut Prælati, Comites, Barones: alij denique Ordinis tertij, ut civitates Imperij liberae: quod secundum varietatem hanc, etiam Judicium hoc Austregarum, maxime quantum ad Reos pertinet, multum variet. C. I. A. §. ff. l. th. 256. & nos infra th. 25. & seqq. fusius dicemus.

X.

Ita ut ocio & judicio abuti videantur, qui operosè disquirunt: Utrum Ecclesiastici etiam Electores, ArchiEpiscopi & Episcopi, nec non Abbates Imperij, Principali dignitate præfulgentes hoc Austregarum privilegio gaudeant. Licet enim

*id, in bonis feudat. dicitur privilegium
est privilegium
est coram dominis feudat. curie. c. verum
transmissa. de arg. l. pen. C. de in off. test. Quia tamen ipsa Ordinatio Camerae
et. c. ubi d. verum. Tit. 2. expresse Ecclesiasticos & seculares tanquam privilegij hujus subjectum adæquatum ponat. ibi. in pr. Item, mit
D. Schünz d. loc. th. 7. lit. b.
C. ubi in rem
in. d. for. compet.
ajit super
vel quasi
et
ajit crimin
th. Cleric. de
Cler. Gail. 1. d.
de for. compet.
in h. re d. p. ing. ut
de de p. jur.
beat tempore
laris, qui casu et juramentum profare tenent laici, la et coram
competens habent, an non. ad. c. un. d. verum de statu regul.*

Clerici aliàs coram seculari Judice conveniri nequeant. auth. Cassa & irrita. C. de S. S. Eccles. auth. statuimus & seq. C. de Episc. & Cleric. hæcque conditio personæ, quæcunq; etiam reliqua accessoria, imo totum Ecclesiæ patrimonium afficere videatur. Quia tamen ipsa Ordinatio Camerae Tit. 2. expresse Ecclesiasticos & seculares tanquam privilegij hujus subjectum adæquatum ponat. ibi. in pr. Item, mit Rechtsfertigung Chur. Fürsten / Fürsten vnd Fürstenmässigen/ Geistlicher vnd Weltlicher / an denen Spruch vnd Forderung vermeint zu haben. Itē s̄ darauff soll. nec nō tit. seq. 3. & 4. rubr. ibi. wie die Prælaten / & passim, frustra de super disputatur. Arum. 2. decis. 10. n. 49. Tantoque magis, postquam moribus ex seculis superioribus hinc usque in Imperio receptos obtineat, ut Ecclesiastici tales duplici Jurisdictione & dignitate defungantur, Ecclesiastica Clericali altera, altera vero regali seculari, & secundum hanc non tam Clerici, quam Imperij Principes & Status Imperij sint & reputentur. P. Heig. 1. quest. 4. n. 53. conf. D. Schünz/ d. loc. th. 7. lit. b.

XI.

An autem Capitulum sede vacante hoc quoque fori privilegio gaudeat? Questio non æque expedita videtur: Cum enim

enim certum sit. 1. Austregarum privilegium à Jure Communi Camerali exorbitare, consequenter stricti Juris esse, & omnem extensionem excludere, *Vult. ad 1. C. ubi Senator. & clariss. num. 44.* 2. Nullibi autem in Ordinatione Camerae, aut Recessibus Imperij, quà Austregarum Jura inculcant, Collegij Capitalaris alicujus fieri mentionem, aut inter privilegij hujus subjecta capitulum recenseri, aut legi. *fac. l. 15. §. 26. ff. de injur.* 3. Præterea etiam evidens, quod Capitulum, quæ eadem, qua Imperij Status & Proceres, præ eminentia, cuius tamen intuitu hoc ipsum instantiæ hujus privilegium ipsi datum, ne utiquam polleat. *Gail. 1. O. 30. n. 3.* 4. Et ob id etiam regulariter nec Imperatoriæ Majestati, Judiciove Camerali immediatè subdit. *Myns. 5. Obs. 58. n. 4. Thileman. de benign. 3. Obs. pract. 48. n. 1.* 5. Et licet Capitulum dicatur in omnia defuncti Episcopi jura succedere; attamen potestatem illam, quæ, sede vacante, Capitulo competit, ad ea tantum restringi quæ sunt Ordinis & Juris communis; non autem quæ sunt præ eminentiæ personalis, gratiæ peculiaris, soli Principi, & quidè qua Elector vel Princeps Imperij est, concessi privilegij, & concludit & rationibus hiscè *Gail. 1. O. 30. n. 3.* Capitulum vacante sede, privilegio hoc Austregarum non gaudere, sed vel in Camera, aut coram suo Metropolitanò aut Episcopo, si quem habet, tanquam ordinario Judice conveniri debere. *tra. Gail. ead. Obs. 11. g. dit. conf. Guil. Anton. tr. de rescript. sect. 8. coroll. 6. & ibi. alleg.* Contra verò hoc jure expeditum videatur. 1. Quod Capitulum in omnia defuncti Episcopi jura & jurisdictionalia succedat cum olim causa. *14. X. de major. & obed. Card. Tusch. lit. c. concl. pract. 56. n. 1. & seqq. idemque possit, quod ipse Episcopus. c. un. de major. in 6. Klock. 1. conf. 35. n. 67.* 2. Atq; ideo sede vacante Capitulum etiam Comitibus Imperij interfuisse, ex diversis diversorum Imperij Recessuum subscriptionibus, v. g. de Anno 1555. *Dechant vnd Capitulum zu Münden. Item de Anno 1559. & 1570. ibid. Dechant vnd Capitulum des Stiffis Halber. Stadt/ & c.* abunde appareat. 3. nec negari possit, quod etiam sede vacante, feuda Imperij Principalem dignitatem annexa habentia, apud Capitulum permaneant, & ad illud revertantur; consequenter

*Justit, si in general
et per expressum d.*

*Contrarium claret ex
30. 2. 10. ubi dicitur
capitulum sede vacante*

*idam prelatum p. r. n. i.
scilicet, ad eum omnia
capitulum remanet*

*De Capitalij merita
sermo, cum per &
privilegium austrag.*

*Imperator, de se c.
felicij, merita de Im
Cesari in Civitibz*

*si alia res est, de qu
Gail. ead. Obs. 11. g.*

*Quoniam Capitulum
perij non potest, putam
Episcopum, prelatu
de se presentat,*

amb

B sequenter



sequenter omnia jisdem adhaerentia jura: utpotè quæ capitulum, etiam si sedes vacet, non amittit. 4. Et quemadmodum alius Principis Tutor, forum Pupilli sui sequitur; Ita quoque Capitulum, ceu quod ad instar tutoris, sedis vacantis, & Ecclesiae, quæ jure pupilli & minoris gaudet, c. 3. X. de ressit. in integr. foro & Episcopi gaudet & utitur. 5. Ne dicam quod absurdum videatur, si, capitulo, sede vacante, ad Camera in jus vocato, postea recens electus Episcopus, Princeps Imperij, litem hanc, in privilegij sui præjudicium, teneatur ratam habere. Ex quibus fundamentis affirmativam propugnat P. Frider. 1. de process. 19. num. 17. Melander. 1. ad process. Meurer. 6. pag. 47. Arum. ad A. B. 24. Limneus. 6. jur. publ. 5. n. 29. Vmm. 4. ad process. 8. n. 40. Schüz. d. l. th. 6. lit. b. An non dicere hinc liceat, quò vertam, nescio. Sed ut ut horum JCtorum & ratio & autoritas movet; non tamen à Gailio dissentio scil. non videri hoc Austregarum privilegio gaudere, cujus non in Ordinat. Camerae hætenus fiat mentio: cui præcise inhæreere malo, quam temere ab eadem recedere.

XII.

De Nobilibus S. R. I. liberis & immediatis, quod & hi hoc Austregarum jure fruuntur, scilicet si à sui similibus, vel etiam aliis immediatis conveniantur, non æque si à mediatis, aliis aut privatis, hætenus enim eos à cæteris differre, apparet ex Ord. Cam. 2. tit. 5. nihil hinc attinet, quod ulterius disquiram, cum hoc Ord. Cam. ipsa, d. 2. Tit. 3. & seqq. expresse loquatur, in rubr. ibid. den Adel dem Reich ohne Mittel vnterworffen / zum Recht fordern sollen. & nigr. pr. ibi. oder andern des Adels / die dem Reich ohne Mittel vnterworffen / & paulo post, ibi. von denselben Herren / Rittern / oder andern des Adels zu fordern haben. confer. Dn. D. Schüz. d. l. th. 6. lit. f. & th. 7. lit. l. Dn. Limneus. 6. Iur. publ. 3. n. 36. Cubach. ap. Arum. 4. Iuris. publ. 36. num. 26. P. Frider. 1. de process. 16. n. 2. Besold. dissert. de ordine Equestr. th. 11. Klock. 2. Consil. 67. num. 6.

XIII.

De Procerum horum uxoribus, viduis, liberis, quod æque hoc beneficio fruuntur & gaudeant, tanto minus dubitandum

dum, quando evidentius est, quod uti uxor & maritus reputan- *Quis personae in or*
 tur una eademque persona. *Genes. 2. v. 24. Can. admonere. 33. Canens non sit in*
quast. 2. saltem socia divinae & humanae domus. l. 4. C. de crim. ex. a jure auctore e
pil. hered. ita per hoc ipsa in communicatione divinae & huma-
ni juris sit: l. 1. ff. de R. N. consequenter idem forum & domiciliu
 cum marito habeat. *l. 19. de Iurisd. l. 65. ff. de judic. Item quo-*
 que vidua, qua diu statum vidualem servat, censeatur in priori *argumentum a par*
 matrimonio adhuc stare. *l. fin. C. de bon. qua liber. Nov. 21. c. aliter honeste ni*
 20. §. 1. & per consequens retineat familiam, domicilium & *l. 15. et ras non ju*
 forum defuncti mariti. *Mar. Giurba. 1. Obs. 18. n. 14. Conf. The-*
saur. Iurisp. v. vidua. axiom. 1. hoc quod etiam in Personis ad Ca-
 meram Imperij, harumque familiis locum habere, apparet ex *l. 1. sine qua loq*
Ord. Cam. 1. Tit. 49. princ. Liberi denique ex justis nuptiis pro-
 creati, cum patris conditionem & familiam sequantur. *l.*
19. ff. de stat. hom. l. 10. ff. de Senat. l. 196. ff. de V. S. etiam pri-
 vilegio hoc gaudent, & quidem nullam sexus habita differentia,
 filij sint an filiae, haec quidem, quamdiu in familia Patris mane-
 bunt. An etiam qui ex matre non principali dignitate praeful-
 gente aut ignobili nati? Imo & hi licet enim in torneamentis:
 publicis, nec non illam, in Collegia Ecclesiastica majora, auffs
 hohe Stiffter/cooptatione hoc observetur, ut non nisi ex u-
 troque sanguine verum Nobiles nati, admittantur. *Rigor ta-*
men hic non aequae in feudorum successione & alijs juribus ob- *l. 1. de n. p. test.*
tinet. fac. l. 5. ff. de Senat. l. 11. C. de dignit. Wesenb. 1. Conf. 44. Feud. 29.
num. 75.

XIV.

Et gratis disputatur, quicquid etiam de fratribus appana-
 giatis, abgetheilten Fürsten vnd Herrn/in dubium vocatur, si-
 quidem *Ord. Cam. d. 2. T. 2. 3. 4. 5.* generaliter loquitur: nul-
 lum autem dubium est, quod in Imperio Romano Germanico,
 omnes ex Parente Principe, Comite, Nobili, justis Nuptiis na-
 ti, sint pariter ac primogeniti, Principes, Comites, Nobiles: nec
 enim territorio simpliciter dignitas haec inheret. *Cravett. conf.*
855. aut ex eo sumitur titulus, sed ex sanguine, sive nativitate.
Pet. Frider. 1. de process. 19. num. 11. saltem in Germaniam,
 qua praeter ceteris omnibus nationibus familiarum dignitati
 B 2 ingenui-

ingenuitati & sinceritati semper multum tribuit; atque hoc nomine, & quod nullibi Illustriores ac Nobiliores familiae reperiantur, à *Iacobo Wimpelingio in Epit. German. c. 10.* & *Æneâ Sylvio in Germ. descript. laudatur. Confer. Petr. Heig. 1. quest. 9. n. 49. Schwanman. 1. O. 20.*

XV

Sane quod Civitates Imperiales, communi hoc Imperialium Austregarum privilegio non comprehendantur, certum fuisset, nisi celeberrimus superioris seculi *Jctus, Fichardus. 2. conf. 129. quest. 3.* contrarium asserere ausus fuisset, & quidem adductis rationibus non parvi momenti. I. Quod cum Imperij Civitates æque Nobilia sint Imperij membra: eidemque immediatè subjectæ, quam Nobiles Imperij liberi & immediati; æque etiam ac alij sublimiorum dignitatum, sint status Imperij, & quidem Illustres, non possint non privilegio hoc comprehendendi, & subintelligi. *add. P. de Andlau. 1. de Imper. 16. Schurff. 1. Conf. 16. n. 1. & seq. Sixtin. 1. de Regal. 4. num. 8. Limnæus. 7. Iur. publ. 1. num. 41. & seqq. Arum. 1. ad A. B. 5. 2.* Imò omnino debent, quippe quod iisdem à jure hoc exclusis, hoc non tam ipsis Civitatibus, quam Statibus Imperij reliquis, qui hoc jure gaudent, damno futurum esset, quibus primæ instantiæ beneficium, propter quod privilegium hoc ipsis datum est, si statim in Camera Imperiali Civitates Imperiales convenire tenerentur, hæcenus redderetur inutile. Quia tamen in Ordinatione Camerae, & hujus privilegiatæ instantiæ constitutione, quæ à Maximiliano. I. & Successoribus Impp. A. A. consensu statuum Imperij notabiliter facta, Civitates Imperiales specialiter non notentur: Observantia etiam in Imperio subsequens, à qua vera interpretatio sumitur. *l. 37. ff. de ll. Roland. à valle. 2. Conf. 2. num. 7.* illas ab eadem exclusas testetur & ostendat, *Gailius. 1. O. 1. n. 20. Petr. Frider. 1. process. 19. num. 10. Thileman. de Benign. 2. Obs. pract. 45. n. 2.* quasi neglectæ & Austregarum communium ex sortibus habentur. *arg. l. 15. §. 26. ff. de injur. fac. l. 27. C. de Testament.* Maximè cum nec argumentum in contrarium allatum à majoritate & paritate rationis petiturum in privilegiis, his, vel illis, specialiter concessis, quid-

quidpiam inferat. *Aug. Barbosa. tr. comm. argum. jur. loc. 68. n. 5. Everhard. argum. legal. loc. 49. num. 11.* alterum etiam causa & accidente fallat: imo habeant Principes quod sibi impudent, siquid exinde ad eos damni redundet, qui fortè Civitates Imperiales sibi in hoc privilegio consortes habere noluerunt. Pleræque etiam cum jam antea Austregas suas particulares vel consuetudine vel privilegio firmatas haberent, e.g. Argentina, Norimberga, Ratisbona, Svevofurtum, Dinckelspula, Eslinga, Reutlinga, & si quæ aliæ, de quibus *Sixtin. 1. de Regal. 8. num. 68. Matth. Stephan. de Iurisd. 1. c. 3. membr. 3. num. 37. & seqq. Gail. 1. Obs. 1. num. 20. Limneus. 9. Iur. publ. 5. num. 17.* invidiose etiam has comūnes ambire voluissent, facile cuivis videri præmissent.

XVI.

Actores quod attinet, certum est in his non eadem, quæ in Reis exiguntur, ut videre est *Ordin. Cam. 2. Tit. 4. §. fin.* sed hanc in his obtinere maximam: Quod Actor sequatur forum Rei. *l. 2. l. 5. ff. de Iurisd. Barbosa tr. de axiom. jur. v. actor. n. 6.* Unde si extraneus privatus vel subditus, civitasvè municipalis Principem quendam, Dominumvè suum cui subjectus vel subjecta est, iudicio persequi velit, non potest eundem statim apud Cameram Imp: in jus vocare. *Myns. 5. Obs. 1. P. Frider. 1. de process. 17. num. 13.* aded, ut ne quidem extrajudicialiter gravatus talis, casu hoc ad Cameram appellare possit; Quippe quod alias etiam tales appellationes extrajudiciales contra eos, adversus quos Camera immediate Jurisdictionem non habet, recipi non soleant. *Myns. 4. O. 43. n. 3. P. Frider. 1. de process. 20. n. 3. & seq.*

XVII.

Sed oportet illum convenire coram Austregis. *Myns. d. l. Pet. Frider. d. l.* aut ejusdem Consiliariis, sive Judice Curie provincialis *Hoffgericht/* modo via hæc ab inveteratâ hinc usque consuetudine vel privilegio quodam speciali sit aperta, usu etiam & observantia jam ante ab aliis quoque trita: quo modo & ex causa hac, civitati Rostochiensis, contra Ducem Megapolitanum, dero *Erbherren vnd Lands-Sürsten/* Processus in Camera fuit.

ra fuisse denegatos, testatur *Gail. 1. O. 1. num. 18. Myns. d. 5. O. 1. Petr. Frider. d. l. Auctor. decis. Camer. v. Aufträge. ubi plura præjudicia refert.*

XVIII.

Unde in quaestione illa decidenda, Utrum Actori tali solum sit optare Austregarum Judicium, secundum Ordinationem Camerae; an vero Consiliarios Judices secundum consuetudinem vel privilegium? Tutiolem arbitramur sententiam esse, quod quando consuetudo vel privilegium tale est notorium; saltem Princeps hoc probare vult & potest, sibi hujusmodi privilegium competere, casu tali, electio Judicis penes Actorem non sit, sed teneatur Principem coram consiliariis suis convenire. Hoc verò deficiente, tunc demum subdito vel alij privato integrum esse, secundum Ordinationem unum ex octo modis & viis, aut Principis Consiliarios Judices eligere. *Myns. d. 5. O. 1. num. 3. Hartm. Hartm. 1. O. 1. num. 8. Otto Melander ad Meurer. p. 1. tit. de Austregis. num. 11. pag. 48. Thoming. 1. Conf. 24. quest. 10. n. penult.*

XIX.

Vice versa vero Princeps, si adversus subditos suos vel civitatem aliquam municipalem judicio experiri velit, necesse habet, illos, illamve statim in Camera convenire; Siquidem tales civitates privatorum loco habentur. *l. eum qui. 17. ff. de V. S. l. 15. ff. ad Sc. Macedon. Gail. d. l. Myns. d. 5. O. 1. n. 1. Wehner. in Obser. pract. v. Aufträge. Nisi & hoc casu consuetudo vel privilegium, ipsimet Principi Jurisdictionem tribuat & concedat, coram consiliariis suis sive Judice Curiae Provincialis, eosdem vel easdem persequi. confer. Gail. d. l. Myns. d. l. ubi præjudicium refert. Hartm. Harm. d. 1. O. 1. n. 7. Roding. in Pandect. Cam. 1. tit. 4. n. 16.*

XX.

Quid veto si sint plures litis consortes & quidem diversos Judices habentes? e. g. Si Princeps vel Dominus cum subditis suis contra alium Principem hujusque subditos: aut alias Imperio partim immediatè, partim mediatè subjecti, cum pariter immediatis & mediatis in simul agant? Sanè si ex narratis
suppli.

supplicationis, pro extrahendo processu oblata statim constet
 citra distractionem causæ privilegiatæ Austregarum instantiæ
 hujusque requisitis, quæ strictissime sunt observanda, locum
 dari non posse, verius est, propter ipsam hanc Judicis incerti-
 tudinem, Cameræ Jurisdictionem omnino fundatam, causam-
 que ab eadem recipiendam & processus decernendos esse, se-
 cundum tradita ab Ottone Melandro *ad process. Meurer. p. 1. in
 not. §. de Austregis. n. 6. Gail. 1. O. 1. num. 33. Petr. Frider. 3. con-
 tin. caus. 4. num. 6. gl. ad l. 37. v. ad mun. ff. ad Municipal.* quæ
 notanter docet: Ratione dubitationis sive incertitudinis non
 nunquam aliquid concedi, quod alias non concedatur. *Schvvan-
 man. in Observ. 16. per tot Denais. Iur. Cameral. tit. 94. §. 3. p.
 103.* Ubi expresse definit. Quod si quis, cui nominandi Judi-
 cis jus est, cum Ministris una & subditis conveniatur, Camera
 Judex sit, per *Recess. Deputat. Spira. Anno 1600 §. 27. gleicher
 massen.* Quod tamen rectè limitatur in casu illo, ubi subditos
 res illa vel causa principaliter non; sed ipsum Principem con-
 cernat, ipsi verò tantum solam suam operam & quidem ita
 contulerint, ut si ex illo facto condemnandi essent, Dominus
 illud præstare teneretur. Hoc enim casu Dominum forum su-
 um, Austregarum scilicet, consortibus illis non impediendi-
 bus fortiri verius est. *Schvvanm. 1. O. 24. in f.*

XXI.

Quemadmodum etiam, si plures sint familiæ, Austregis
 locum dari & coram his vel Consiliariis ipsorum, si hoc con-
 suetudo vel privilegium exigat, conveniendos esse, verius est,
 & apparet ex notabili illo exemplo in casu Comm. int
 Schaumburg/ Contra Duces Saxonix, quos coram octodecim
 ipsorum Consiliariis Naumburgi conventos fuisse, testatur
Schvvanm. 1. proc. Cam. 4. num. 8. Consortium enim litis ex
 comunitate & causæ intentatæ vel intentandæ coherentia si-
 ve connexitate contrahitur. *rr. C. de Consort. ejusd. lit. Mynsing.
 respon. 87. n. 1. C. 1. A. 5. ff. 1. th. 83.*

XXII.

De Actoribus peregrinis, hoc est qui Imperio neque im-
 mediate sunt subjecti, ejusque iurisdictionem agnoscunt h. e.
 planè

planè exteri & extra Imperii fines domicilia & bona sua habentes, major semper fuit dubitatio. Utrum & hi Ordinationem hanc sequi teneantur, an vero Principes Nobilesvè Imperij statim in Camerâ convenire possint? Hoc quod propugnat *Vultei. ad l. 1. c. ubi Senat. num. 44. arg. Ord. Cam. 2. tit. 2. rubr. & §. 1. verb. ibi. Die ihr einer zùm andern hätte. Petr. Frieder. 1. de process. 17. num. 12. M. Stephan. de Jurisdic. 3. membr. 3. num. 12.* Cum Austregarum privilegium sit stricti juris consequenter ad personas alias vel alienigenas non extendendum, aliàs etiam certum, quod ll. Civiles externos non teneant. *C. I. A. ff. 3. th. 7.* atque idè liberum saltem exteris esse, Proceres Imperij in Camerâ, vel coram Austregis convenire. Illud verò asserit *Dn. D. Schüz. d. 2. Jur. publ. 3. th. 10. lit. e. Georg. Schubh. 11. de Austregis. th. 4. Rumel. 1. ad A. B. 1. coroll. 4.* quibus & nos calculum nostram addimus, hâc præcipue ratione moti, quod cum privilegia, maximè quæ causæ data, ob complexum multarum personarum imitentur naturam juris generalis. *C. I. A. I. ff. 14. th. 5.* hoc quoq; omnibus populis probatum sit, ut statuta & stylus locorum, ubi agitur, non partium observentur. *Surd. decis. 197.* ea autem jure communi recepta interpretatio. *l. 43. ff. de vulg. & pupil. substit. l. 65. ff. de R. I. ut teneatur Actor sequi forum Rei. l. 2. C. de Jurisd. omn. jud.* certè postulare videntur juris ordinem converti, quicumq; peregrinos ab hoc exemptos esse asserunt: Maximè cum inter hoc instantiæ privilegiatæ ordinationem & Judicij Cameralis constitutionem hæcenus nulla sit differentia: sed qua ratione Actores peregrini huic Judicio vacare tenentur, eadem etiam illi; vicissim, quicumque ab hujus observantia peregrinos immunes pronunciat, idè quia sunt peregrini; Ille etiam ab illius & aliis quibuscunque ab Imperio constitutis Judiciis eosdem exemptos pronunciat: inferioremque asseret statum Imperij conditionem, omnium aliorum quorumlibet Regnorum subditorum conditione. *Conf. Dn. D. Schüz. d. 1.*

XXIII.

Multa alia, quæ hîc circa Reos atque Actores tales haud inconvenienter disputari possent, nobis scientibus prætereunda, data

da, dum ad Judices horumque tribunal properandum. Cum enim nihil magis conveniat provido & cauto Causarum Patrono, quam ut Judicem Causæ competentem, illiusque potestatem probè noverit: Omnium primum quærendus Judex, in quo Judicium fundetur. *Decius. conf. 275. Vant. de nullit. process. pag. mibi. 302. fac. l. quidam. 14. v. esse enim debet. ff. de jur. codicill.* Sunt autem Judices Austregarum personæ & publicæ & privatæ. *Ord. Cam. p. 2. tit. 4.* Illæ sunt, quæ ex ipso Statuum & Procerum Imperij Ordine, atq; ita conditione & dignitate sua revera & in se publicæ sunt personæ. Hæ vero per se quidem personæ tantum privatæ sunt, atque ideo non ex se, sed ex alterius persona, hoc jus habent: quales sunt Principum horum Consiliarij, ex quibus etiam Judices hi desumendi. *Ord. Cam. p. 3. tit. 16. §. er sey dann.* Ex his autem, qui præcipuè eligendi, plenius tradit ipsa ordinatio *Cam. dd. ll. ad quæ Dd.* insuper non nullas Commentitias addidère cautelas, utiliter in hac privilegiatâ instantiâ observandas: Inter cæteras. 1. ut plures Cõsiliarij petantur, secundū §. quartum. *d. Ord. Cam. 2. Tit. 4. §. Zum vierdten.* & quidem cum clausulâ, conjunctim & divisim, sampt vnd sonders / aded ut etiam altero mortuo, reliqui superstites potestatem, in causa illâ procedendi, retineant & habeant, ne novis sumptibus opus sit, & longior nectatur & trahatur mora, sed decisiõ maturetur, litesque ed citius componantur, per ea quæ latè adducit. *Everhard. in arg. legal. loc. à ratione leg. Schvvanm. 1. O. 17. num. 3. Thileman. de Benign. 2. Syntag. decis. 1. vot. 10. 11. num. 2. pag. 212.* 2. ut potius secundum modum quartum ab Imperatore Commissarius petatur. *d. Ord. Cam. 2. tit. 4. §. Zum vierdten. ibi. so soll der Parthey erlaube seyn / einen unparteyischen Commissarium.* &c. hoc enim electo, ante finem Judicij mortuo, Commissario Cæsareo, definit. *Denais. Jur. Cam. tit. 156.* quod ex simul nominatis, quem Actor optaverit, succedat, adde *Schvvanm. 1. O. 17. per tot. Matth. Wesenb. 2. Conf. 92. num. 2. Zasius. 1. Conf. 4. num. 13. Roland. à Valle. in Conf. 25. in princ. Petr. Frider. 1. de process. 6. num. 1. add. Klock. 1. conf. 18. num. 46. & 2. conf. 42. n. 428.*

XXVI.

Cæterum debent & hi Judices, æque ac alij quicumque, munus hoc suum honestè, sincere & legaliter obire atque sustinere, neque pati, vel muneribus affectibusvè, quæ instar fumi oculos mordicant, ut etiam ea, quæ ante pedes sunt videre nequeant, se corrumpi, *Confer. Zypæ. 1. de Iudic. 14. & seqq. sed stipati pietate, Justitiâ, virtute, continentia simul & patientiâ, eam semper partem, in quam hi comites inclinant, pro virili teneant, foveant: ita tamen ut nunquam contra acta & probata pronuncient; ne vel hætenus litem suam faciant & in legem laqueos incidant. tt. C. de pæn. jud. mal. judic. Heig ad prin. l. de oblig. quæq. ex del. nasc.*

XXV.

Imprimis verò, secundum monitum *Vantij d. tr. de nullit. c. de defect. Jurisd. Ordin. num. 53. pag. mihi 175. meminisse eos oportet, quod Judices ad certas causarum species deputati, cum suæ Jurisdictionis terminos definitos & certos habeant, diligenter advertere debeant, ne hos excedant, & de aliis, quam quæ ad cognitionem ipsorum pertinent, ipsisque jurisdictionem hæc tribuunt, causis cognoscant, decernant, irritò & frustraneo labore. Bart. ad l. multum. ff. de cond. & demon. str. & in l. si finita 15. §. Iulianus, 16. ff. de damn. infect. Paris. de Puteo. tr. de Syndicat. §. Iudices puras. col. 3. v. iudici semper.*

XXVI.

inby
lege Jurisdic. de verò delegata tantum sit? ex modo dictis decisu facile est: licet
propria est et ordi
non delegata.
Et. 154.
ly est.
is dicitur mandatu
non est delegata
is dicitur mandatu
et Jurisdic. h. i. dicitur
of. l. iij. Ch. man.

Judicium autem horum Jurisdictio, utrum Ordinaria an enim hoc verum sit quod Judicium Austregarum lege sit ordinatum. *fac. Ord. Cam. 2. Tit. 2. 3. 4.* Ipsi etiam ex nominatis Principibus ab Actore electi Judices, plerumque negotia talia Consiliariis suis mandent & delegant: Et ab his non ad Dominos mandantes, sed ipsam Imperij Cameram appelletur: hætenusque perpetuum sit, ut morte Imperatoris non expiret. *Vimm. 4. ad process. 8. num. 41. Dn. Limneus. d. 9. Jur. publ. 5. n. 144. & ibi. alleg. Dn. D. Schüss. d. l. th. 12.* Quia tamen Austregarum Judices Jurisdictionem quam exercent, non tam & immediate quidem, ex Ordinatione Imperij, quam præmissa ab Acto-

ab Actore, secundum d. Ordin. Rei requisitione, & ab hoc fa-
 cta nominatione, requirentis electione, electi requisitione & regu-
 termini præfixione: Insuper circa causas particulares & regu-
 lariter unicam tantum (vix enim fieri potest, ut eadem vice
 coram iisdem plures lites possint introduci,) litem, quæ inter
 ad æquata conditionis litigantes vertitur, versantur: & deni-
 que, quod post semestre spatium, vel intra annum Judicium
 horum Jurisdictione expiret. Ord. Cam. 2. Tit. 4. §. 9. Zum vier-
 ten. ibi. so soll es doch in Jahr und Tag zu end reichen / quæ de-
 legatæ Jurisdictionis propria, non ordinariæ, cuius quæ sua na-
 tura perpetua & universalis est, atq; ideo pro delegatâ eandem
 habeant. Gail. 1. O. 1. num. 52. & O. 33. num. 3. Myns. 2. O. 52.
 Ruiger Ruland. 1. de Commissar. l. c. 5. n. 2. & 5. §. 5. in fin. Paur-
 meister. 2. Jurid. 4. num. 136. Matth. Stephan. 2. de Jurid. l. 6.
 §. n. 43. Cass. Leopold. apud Arum. l. Jur. publ. 13. p. 106. Nobis e-
 nim, si inter tãtos liceat arbitrari, videt, magis Jurisdictione ano-
 mala, & quæ suis peculiaribus inicitur formulis & requisitis,
 ita ut licet ex utraque & ordinariâ & delegata nonnulla parti-
 cipet, neutri tamen, quatenus præcise sumitur, proprie & soli
 adscribi possit. fac. arg. §. ult. l. de tut.

XXVII.

Materia objectiva sive causæ circa quas Judicium hoc occu-
 patum, & quas Judicio hoc persequi fas est, considerari possunt
 in thesi & ἀπεί. Thesis est, quod in hoc Judicio disceptentur
 causæ controversæ, tam reales, quã personales. Dn. Dn. Schük-
 d. 2. jur. publ. 3. th. 13. lit. a. Vult. ad l. 1. C. ubi in rem. act. add.
 Meischner. 2. lib. 5. fol. 55. num. 77. fac. generalitas Ord. Cam. p. om-
 2. tit. 2. ibi. Wan ein Stand den andern mit Recht beklagen
 wolt. Warum/oder auß was Ursache daß were. Item Spruch
 und Forderung/die einer zum andern hätte / quæ verba singula-
 rem quandam generalitatis emphasin habent. Reinking. §. de
 reg. sec. & Eccl. 1. c. 10. n. 37. & seqq.

XXVIII.

Ex quâ generalitate Ordinat. Cam. si quis insuper intüle-
 rit & concluderit, etiam causas criminales hoc judicio dispu-
 tari & decidi posse, arbitror eundem nihil absoni statuere, ma-
 ximè

C. 2

ximè

Handwritten marginal notes in Latin and German:
 & auf dem adrem. V
 magi statg cam de
 delalany Confir
 cora de rem. l. 6.
 ny fuit in prele
 maseu legi nece
 electione et regu
 que teatun huriq
 non tribuat, p
 balam existant, q
 oris peres Curia eli
 respicant, ut de C
 giosa inter Tomi
 Conuallan Cayno
 Janeu Domaria h
 Jurisdictione. Ga
 aut mehtyit fny
 casus in genere a
 specie illi modo
 staty habetis su
 Jurisdictionem hoc
 me Curia habet
 d. 2. in cam
 p. d. f. p. n.
 p. omnia iudicia in
 in absolvi deb
 l. 13. d. c. de iudic. s
 Jurisdictione est de
 Qui sine lege loquit
 le loquit
 Qui Jurisdictionem
 lam statuit sine l

ximè cum quæ sit vis & potestas Austregarum Imperialium, et-
 jam ex illo Reipubl: patriæ Norinbergenſi dato deſuper privi-
 legio, ſatis luculenter pateſcat, ibi, ſetzen / ordnen vnd wollen
 nun hiñſuro fünffriglich ein ewige Zeit / daß Bürger, Meiſter
 vnd Rath zu Nürnberg / in keinen andern Gerichten / Hohen
 vnd Niedern/weder an vnſern Kånſerlichen Cammer, Gericht /
 noch an andere Ober-Gerichten / ſo ſekunder in Teuſcher Nati-
 on gehalten werden/oder durch vnſere Nachkommen / oder ſonſt
 fünffriglich auffgerichter oder geordner würden / auch weder von
 vns noch vnſern Kånſerlichen Hoff/nach vor einigen delegirten /
 deputirten Richtern im erſter Inſtanz/vmb einigerley Sach. NB.
 Peinlich/bürgerlich/heblich perſöhnlich / mit Recht beladen /
 fürgenommen noch beklagt werden ſollen/ denn allein zu Wiñß-
 heim vnd Weiſſenburg/ &c. Plures alias rationes, haud par-
 vi momenti, videre licet apud Zieglerum. §. *Austrega. conclus.*
 3. & ibi. allegg. *Vmm.* 4. ad *proceſſ.* 10. num. 51. *Petr. Frider.* 1. de
proceſſ. 9. num. 1. *Matth. Stephani.* 2. de *jurisdic.* 3. membr. 3.
 num. 48. *Limneus.* 9. *jur. publ.* 5. num. 63. & falluntur cauſa &
 ſimul ſimpliciter, qui ex hoc, quod ad Cameram ab Austrega-
 rum Iudicio liceat appellare, inferunt, ergò cauſæ criminales
 ad Austregas non pertinent. Siquidem cauſæ ad Austregas
 pertinentes, non ex hoc, ſed ex iſtis Ordinationis verbis, le-
 gislatoris intentione & in ſequente Iudicij huius uſu ſunt di-
 gnoſcendæ; neque etiam Ordin. Cam. dicit, quod in omnibus
 cauſis à Iudicio Austregarum ad Cameram appellari poſſit; ſed
 in illis tantum in quibus ſecundum tenorem art. von deneu.
 Appellationen/welche angenomen werden ſollen oder nicht/pro-
 vocare licet. Unde argumentũ per inverſionem forti^o ſtringit:
 In cauſis non appellabilibus ad Cameram à Iudicio Austregarũ
 provocare non licet. Ergò de cauſis non appellabilibus, quales
 ſunt in primis Criminales, etiam Austregarum eſt cognoscere
 & dijudicare: & dubito, utrum Schubhard. *tr. de Austreg. cap.* 5.
num. 8. ad hoc adeò ſufficienter reſponderit, uti ſibi perſuadet
 Dn. D. Schũtz. 2. de *jur. publ.* 13. lit. d.

XXIX.

Idem quoque dicimus de cauſis matrimonialibus cum
 Zieglero,

Zieglero, d. §. Austrega. concl. 2. num. 1. Petr. Frider. I. de process. 10. Limna. 4. Iur. publ. 8. num. 90. & 9. jur. publ. 5. n. 74. ut ut Camera Jurisdictio in his quoque non sit fundata. *Visitat. Abschied de Anno 1570. Auctor. decis. Camer. v. matrimonium. v. in causis. Gail. 1. Obs. 112. num. 17. Reinking. d. 3. de reg. sec. & Eccl. 1. c. 10. num. 24. Denais. de jur. Cameral. Tit. 187. §. 1. M. Stephan. 2. de Iurisd. 1. 2. 3. num. 255. Rittershusi. ad Nov. 10. n. 20. neque adeo grasso compositionis & divisionis laborat elencho argumentum, quod ex verbis Geistlich vnd Weltlich/ laudati Dd. inferunt. Siquidem ea non hoc sensu inducuntur, quod sint objecti, sive causarum ad hoc Judicium pertinentium extensio & determinatio, geistliche vnd weltliche Spruch vnd Forderung: plus enim quam luscum eum esse oportet, qui non primo statim intuitu animadvertit, voc. geistlich vnd weltlich/ non ad objectum sed subjectum pertinere, & hoc declarare, & ad hoc referenda esse. Sed quod hoc ipso respectu argumentum hoc & quidem in vim hanc exinde extruxerint, nempe cum Judicium hoc Austregarum ex Ecclesiasticis & Secularibus personis constet, uti constat, nihil impedimento esse, cur non utriusque etiam fori causa in hoc Austregarum Judicio possint cognosci & dijudicari. add. *Vulteiium. ad l. r. C. ubi in rem act. Kitzel. in synops. matrim. c. 10. theorem. 9. qui Caesaream desuper desiderant & postulant decisionem.**

XXX.

Sed quid de feudalibus causis? Sanè in his, ut Austregis cognitionem negem, movit, quod Austregarum privilegia sint stricti juris, consequenter ad eas causas, quae de jure communi feudali, ut & de consuetudine universae Germaniae, certos eosque ordinarios Judices semper habuerunt, extendi non possit. *Auctor. decis. Cam. verbo. Aufträge. v. Iurisdictio. fol. 51. Schwann. 1. Obs. 14. num. 6. Reinking. d. 1. num. 22. unde Gailius. 1. Obs. 1. n. 54. hoc pro axioma juris tradit: quod causae feudales coram paribus curiae, vel alio iudice feudali sint determinandae, & Austregas in illis locum non habeant. Notae etiam sunt illae Electorum Saxonis & Brandenburgici. 12. Martij. Anno 1623. datae literae, in quibus idem confidenter asserunt.*

C 3.

ibi.



ibi. es wollen die Lehen - Recht / wañ eine differentz sich zwischen dem Lehen, Herrn oder Lehenmann eräuet / dieselbe per pares Curia, die gleiches Schildt vnd Namens müsse deduciret vnd erörtert werden. Secundum quæ, si de Principatu, Comitatu quodam Imperijlis esset, hanc non coram Austregis, sed coram solo Imperatore ventila ndā esse, facile sibi quisq; Judicium sumere potest. *fac. Ord. Cam. 2. tit. 7. Casp. Leopold. apud Arum. 1. Jur. publ. 13. quest. 6. pag. mihi. 90. Limneus. d. 9. jur. publ. 5. num. 76.* quæ tamen ita intelligi volumus, nempe hæc obtinere, quando Vasallus Dominum pro tali recognoscit, seque ejusdem fidelem esse confitetur: Nam si bona controversa negat feudalia esse, hæc; qualitate ab adversario se recognoscere, omnino Camerae Tribunal rectā adeundum est. *Myns. 5. Obs. 90. Schvvanm. Obs. Cam. 11. num. 14. Petr. Frider. de process. 19. num. 9. Zasius de feud. pag. 11. num. 6. Ant. Gothofred. 14. Disp. feud. 5. lit. a. & ibi. alleg.*

XXXI.

Sic quoque privilegium hoc primæ instantiæ non potest extendi ad causas ex constitutione tam Pacis Religiosæ, *Gail. 1. Observ. 2. Limn. d. l. add. Klock. relat. Cameral. 33. num. 11. & relat. 36. per tot. quam profanæ publicæ, Landfrieden. Ordin. Cam. 2. Tit. 9. §. 1. & Tit. 22. Gail. 1. Observ. 3.* Item ad causas fiscales, litigiosæ possessionis, denegatæ vel protractæ Justitiæ, privilegiorum Cæsareorum, legis diffamari, & quæ sunt aliæ plures, quas recenset *Ioh. Forsterus in proc. Judic. tit. 3. Obs. 1. pag. 146. in fin. & pag. 178. Limneus. d. 9. jur. publ. 5. n. 76. & ibi. alleg. Schvvanm. in process. Cameral. 7.*

XXXII.

Hiscè Austregarum requisitis positis, lustrandæ nunc quoque erunt earundem vie & tramites legitimi, quibus privilegiantæ hæ personæ sunt aggrediendæ. Hæ pro diversitate dignitatis Procerum Imperij. (Confer. quæ supra th. 9. dixi,) diversæ sunt: Aliâ enim procedendum, bey Aufträgen Chur. vnd Fürstlicher Persohnen vnter sich selbst. Aliâ, bey Aufträgen Chur. vnd Fürstlicher Persohnen / gegen Prälaten / Grafen / Herren vnd Freye vom Adel, Aliâ itidem bey Aufträgen der Prälaten / Grafen /

sen / Herrn vnd Freyen vom Adel / gegen Chur vnd Fürstliche
Personen. Aliã bey Aufträgen der Prälaten / Grafen / Herrn
vnd Freyen vom Adel vnter sich selbst. Et denique aliã, bey
Aufträgen in Sachen gemeinen schlechten Spolien. quas omnes
licet Ordinatio Camerae satis luculenter demonstrat & edoce-
at, silens tamen easdem hic nolui præterire.

XXXIII.

Et quidem Via, qua Electores & Principes, Principaliq;
dignitate præpollentes sese invicem aggredi & iudicio hoc pri-
vilegiato persequi possunt & debent, hæc est, nempe, quod
facta prius & quidem in scriptis ab Actore litis seiner habenden
Spruch vnd Forderung / ipsi Reo live adversario, decente de-
nunciatione, simul & (si modò certos suos ex arbitrio iam sum-
ptos Iudices non habeant litigantes,) juris iudicijque postula-
tione: Reus, ad hæc spatio continuo insequente menstruo,
quatuor Electores vel Principes, principalive dignitate emi-
nentes, actū regentes, halb geistlich / halb weltlich & quidem ex
diversis familiis natos teneant nominare: huncque quem ex
his Iudicem causæ Actor elegerit, ipsique Reo, æque spatio
menstruo alio, per literas nuncupaverit, ambo litigantes inter
14. dies proximos, de recipienda causa hac, citandisque parti-
bus, interpellare debeat: Atque hic, vel si quis à Cæsare fuerit
delegatus, tenetur litem suscipere, litigantibusq; diem, & cer-
tum etiam locum non suspectum, dicere, celeriter, sed citra ca-
lumniam, procedere, demum prævia causæ cognitione, eam
ex jure dirimere. Utrique parti ad Cameraam appellatione sal-
vã. Qui si ante finitam causam decedat, tunc Actor alium
ex prænominatis eligere potest. confer. *Ord. Cam. 2. Tit. 2. De-
nais. comp. Iur. Cam. pag. 427. Ioh. Forsterus. process. Iudic. p. 2.
pag. 18. C. I. A. §. ff. 1. rh. 258. Schvvanm. 1. process. Camer. 2. n.
5. Gilhausen. 1. arb. Iud. 1. §. 8. n. 4.*

XXXIV.

Vicissim in Austregis, Chur-Fürsten vnd Fürstlichen Personen /
gegen Prälaten / Grafen / Herrn vnd Freyen vom Adel. *Ordinat.
Cam. 2. Tit. 3.* hanc ostendit viam, nempe quod requirenti A-
ctori Reus Iudicem dignitate comparem, nec suspectum, in-
tra 12.

tra. 12. lapidem eidem vicinum, nominet: aut quod tres Electores, Principes, principalique dignitate præpollentes, non suspectos, nec ultra 12. lapidem distitos, Actori ex his sibi Judicem, coram quo jus suum prosequatur, nominet. *Ord. Cam. d. 2. tit. 3. Joh. Forster. d. l.*

XXXV.

Tertia Via & quidem in Austregis, quando Prælatus/ Grafen/ Herrn/ vnd Freyen vom Adel/ Chur. Fürst oder Fürsten, mässige convenire volunt, demonstratur in *Ord. Cam. 2. tit. 4.* & quidem talis, nempe quod Reus interpellanti Actori, Electori, Principi, principalique dignitate præeminenti, intra mensem novem Consiliarios, quorum quinque Nobiles, ceteri Jcti sint, facta tamen Juramenti, quo ipsi adstricti, tantisper relaxatione, liberique comæatus præstatione, Judices denominet & ponet. Ex quibus Actor Judicem eligat, sicque electus ceteros Consiliarios, vicissim ex his Senior, Judicem sive directorem electum, Juramento quod litem hanc, secundum Acta & probata, hisque probè cognitis, spatio semestri, aut justa causa hoc exigente, spatio summum annuo, justè, sincerè & cordatè, definire velint, obstringat: exclusâ quidem omni reconventionem; appellatione verò ad Cameram semper salva. *Ordin. Cam. 2. Tit. 6. in pr. add. Joh. Forster. d. l. pag. 19. Petr. Frider. I. de process. 17. n. 1. Schvvanm. I. de process. 2. n. 9. C. I. A. d. §. ff. 1. th. 259. num. 1. Gilhaus. d. l. n. 4.*

XXXVI.

Quæ via, si fortè Actori tali videatur minus expedita, *Ord. Cam. d. l.* septem insuper alios ostendit tramites legitimos, in quorum unum tutò declinare Actor potest, & eo talem Reum persequi. Quorum 1. quod ipsi Actori solutum sit, vel ex novem illis Consiliariis quinque duntaxat aut septem, qui ipsi videbuntur, sumptibus Rei, Judices litis hujus optare. *Ord. Cam. d. l. §. Zum andern.* Vel 2. ex tribus Principibus ipsi, si malit, à Reo nominatis, unum in Judicem eligere. *Ord. Cam. d. l. §. Zum dritten.* Vel 3. à Cæsareâ Majestate in Imperio præsentem, Commissarium (qui dignitate compar, saltem Prælatus aut Comes sit) huncque non suspectum petere. *Ord. Cam. dd. §.*

dd. §. Zum vierdten. Vel. 4. Reo novem viros bonos, redli-
che, vnversäumbre Persohnen/ & vicissim totidem hic, si Prin-
ceps, ex Consiliariis suis, Actori nominare, ex quibus his Actor
tres, Reus verò ex illis duos eligat, coram quibus quinque po-
stea lis illa ventiletur. Ord. Cam. d. l. §. Zum fünfften. Vel 5. du-
os tantum bonos viros, (zween vnpartensche/ erbahr vud redli-
che) similiter Reo duos ex consiliariis suis, aut alios viros ex-
plorata fidei & prudentia, Judices liti tali constituere, coram
quibus in prima instantia, secundum modum ab Ordinatione
praescriptum, ea ventilari possit: Qui si in decisione: partesque
ipsa casu hoc, in arbitro peculiari cõstituendo, dissentiant, nec
convenire queant, Caesaris erit illis, einẽ vnpartenschen Obman
constituere, qui utriusque partis sumptibus, actis & probatis
probè cognitis, id, quod sibi justum videtur, pronunciet. add.
Petr. Frider. d. l. de process. 17. num. 6. Ioh. Forster. d. l. pag. 19.
Schvvanm. d. l. num. 2, C. 1. A. d. l. Vel 6. Actori integrum
est, ex Rei consiliariis quinque; etiam in subsidium ex ejusdem
praefectis, Officialibus, Vasallis Nobilibus, in numerum alle-
ctis, Judices sibi optare potest; ex quibus tamen Princeps Re-
us, unum vel duos, quorum consilio, & auxilio in hoc negotio
ipsi op^o est, sibi reservare & excipere potest. Ord. Cam. d. l. §. Zum
siebenden. Dd. supr. allegg. dd. ll. Denique 7. ipse etiam Reus,
Electo, Princeps, Actori tali novem ex Consiliariis suis, & in
his quinque minimum ex Ordine Equestri, eosque fidelitatis,
quo eidẽ obstricti, juramento prius liberatos, judices offerre &
ponere potest, & quidem lite hoc ordine corã illis pertractãda,
ut nempè utraque pars quatuor (ita tamen ne quid in ultimo
innovetur, aut si quid innovatum fuerit, id non attendatur)
aut si adhuc testium examinatione fortè opus sit, facta ea, Ro-
tulique publicatione, bina insuper, non plura producta sive
scripta, & quidem quaternis septimanis, von vier Wochen zu
vier Wochen / à die prioris scripti exhibiti proximis, omnia
dupla, exhibeant, iisque concludant, & Judicum horum sen-
tentiã submittant; Qui tamen acta talia, utriusque partis con-
sensu, Collegio cuiuspiam Juridico, in quadam universitate Cæ-
sarea, ad sententiã desuper concipiendam, non tamen nisi

D
Judicum

Judicium horum nomine publicandam, transmittere possunt. fac. Constit. Spir. promulgata Anno 1570. Cætera, exclusa hinc quidem reconventionem, salva tamen utrique parti ad Cameram appellationem. *Ord. Cam. d. l. §. Zum achten. add. C. I. A. d. l. th. 295. Gilhaus. d. l. pag. 52.*

XXXVII.

Quarta via est Austregarum der Prælaten / Grafen / Herrn Freyen von Adel / vnter sich selbstem / quæ itidem demonstratur in *Ordinat. Cam. p. 2. Tit. 5. & hæc est, quod nempe denunciante Actori, Reus tres Electores, Principes vè alios, non suspectos, vnpartensisch / neque ab Actore ultra 12. milliaria distitos, nuncupet, unum sibi ex iisdem super causa hæc Judicem eligendum: Aut si hoc Actor malit, Commissarium, non parcialem, nec ultra duodecimum lapidem distitum, rogare, litemque talem, coram eo, secundum modum præscriptum peragere. add. C. I. A. d. l. th. 26. Denis. de Iur. Cam. pag. mihi. 441. Ioh. Forster. d. l. p. 20. Gilhaus. d. l. num. 6. p. 53. Schvvanm. 1. process. Cam. 3. n. 5. & seq. Limn. d. l. n. 22.*

XXXVIII.

Demum in Austregis, Sachen gemeiner / schlechter Spolien / qua via procedendum, docet *Ord. Cam. 2. Tit. 8. observanda præcipue hæc: quod à Principibus spoliati Principes, isti illa quam modo ostendimus via prosequendi; alii verò non Principes, sed ex secundo, tertio, ordine, unum ex illis, jam antea notatis legitimis tramitibus sequi teneantur: Ita ut requisitus Reus intra terminum legitimum, qui Mensis, vel summum sex septimanarum à die requisitionis, curet citationem extrahi, & postea in causa hac, & quidem summarie procedi atq; intra annum eadem cognosci & definiri possit. conf. Ioh. Forst. d. l. pag. 20.*

XXXIX.

Ex his jam modus ipse, qui hinc observandus, procedendi colligi & dignosci potest, quod nempe ante omnia. 1. Actor Reo litem, ejusque causam denunciet: (de denunciationibus litium, videatur *Amplissimus & Consultissimus Dominus Præses. in Hodeget chart. 2. clim. 4. parall. 2. th. II. pag. 678.*) 2. Reus ad

us ad factam denunciationem Actori intra 4. septimanas, tres Princeps, Principalive dignitate illustres, nō suspectos, nec ultra 12. (hodie secundū Recessum Deputat. de Anno 1600. §. vñd nach dem. non ultra 20.) lapidem distitos. *Schvvanm. 1. Observ. Can. 23. in fin. num. 4.* aut Consiliarios, secundum Ordinat. Cam. nominet. 3. Actor vicissim ex nominatis, qui sibi videbitur, vel videbuntur, intra 4. Septimanas, Judicem in causā hāc eligat, & Reo scriptis nuncupet: 4. Ambo hoc, Judici electo intra 14. dies intiment, & ut negotium hoc haud gravatim suscipere, ipsisque litigantibus diem dicere velit, decenter requirant & rogent. 5. Rogatus uti officium hoc suscipere tenetur. 6. Ita facta requisitione, Litigantibus certum locum, huncque satis honestum, commodum & tutum, data etiam omnimoda securitate, designet, diemque certum quo compareant, peremptoriè intimet, eosque citet. Uti enim hoc principium & fundamentum est omnium actionum instituendarum: Ita non nisi per citationem factam privilegiatum hoc iudicium obtinet. *Otto Melander ad Meurer. p. 1. in pr. fol. 35. in fin.* 7. Scripta utrinque quatuor tantum, non plura, 8. Intervallo 4. Septimaram producantur. 10. Ita ut intertijs causæ merita plenius disputentur. 11. Quartis nihil novi afferatur. 12. Aut si quod de facto allatum, à Judice rejiciatur, saltem non attendatur, causa pro conclusa habeatur. 13. Nisi fortè opus fuisset testium examinatione, instrumentorum productione, ubi facta à testibus depositorum & Instrumentorum publicatione, probationes has binis insuper scriptis disputare licet. 14. Omnibus sic actis & probatis, Judex eadem diligenter cognoscat, suam, vel 15. ex consensu partium, certi collegij Juridici sententiam desuper conceptam, 16. suo nomine pronunciet. 17. Qua, si quæ pars se gravatam sentiat, salvo Judicis honore, ab eadem ad Cameram provocare integrum habet. 18. Totum autem hoc iudicium peragatur ad minimum semestri; ad summum annuo spatio, à die inchoati iudicii suo putando. 19. quantum enim præter calumniam & præiudicium alterius fieri potest, celeriter in hoc iudicio procedatur. 20. Sumptus quod attinet, eos Princeps Reus, si Consi-

liarios suos Judices deputaverit, sustinet. *Confer. Dn. Limnaus. d. l. num. 19.* secus ac in quinto tramite viæ tertiæ, quando scilicet quisque litigantium ex suis certos, qui judicent, ponit: tunc enim suos quisque sumptus præstat: Arbitro autem electo, sumptus in hunc expensi communes sunt. 21. Atque hæc forma, in Ordinatio: Cam, non nihil accuratius præscripta, ad amissim observanda est: adeò ut si in uno quodam horum peccatum fuerit, non tantum gravato solutum est, statim ad Cameram litem deferre talem: verum etiam, quicquid actum fuerit, nullum erit. *Confer. Ord. Cam. 2. Tit. 2. 3. 4. 5. Gail. 1. Obs. 1. n. 35. & seq. & 1. Observ. 67. n. 5. Schvvan. 1. Obs. 21. n. 13.*

XLIV.

Formula autem Commissionis petendæ quæ sit, tradunt *Otto Melander in d. comm. ad Meurer. p. 1. in pr. fol. 36. Schvvanman. in process. 5. per tot.* quæ præter propter hæc est: Nempè ut præmissis præmittendis, totum factum cum omnibus circumstantiis enarretur, controversia inde nata designetur, ac petatur, vigore S. Rom. Imper: Ordinationum, commissionem in optima forma, appellatione remotâ, in N. N. (ubi Commissariorum nomina, tanquam virorum, non suspectorum, nec partialium expressè nuncupata apponantur,) decerni & communicari, mandato adjecto, ut utrâque parte citatâ, gravamina æquo animo audiant, de super cognoscant & judicent, uti ll. Constitutionibus & moribus cautum est. &c.

XLII.

Effectus horum Judiciorum privilegiatorum idem est, qui aliorum Judiciorum, nempè ut quicquid hiscè Judiciis alicui adjudicatum est, nisi fuerit à sententia hac lata ad Cameram provocatum, id statim ejus fiat, cui est adjudicatum. *fac. §. ult. 1. de offic. nisi quod Austregarum Judices sententias suas exequi nequeant, sed earundum executio ad Cameram spectet, quippe quod par in parem non habeat Imperium, confer. Ord. Cam. 2. Tit. 23. §. vnd so der Brtheil. Petr. Frider. 1. de process. 19. num. 1. Gail. 1. Observ. 1. n. 5 2. Speidel in notabil. v. Außträge. n. 49. Dn. D. Schüz. 2. Iur. publ. 3. th. 14. Thomas Michael. ap. Klock. 2. Conf. 84 84. n. 24.*

XLIII.

Manum antequam de tabulâ hâc subtraho, contraria etiam, sive in quibus casibus privilegium hoc primæ instantiæ locum non habeat, strictim quoque hîc recensenda. Et quidem cessat Judicium hoc privilegiatû & statim vel in Camera vel coram alio Judice Ordinario pars adversa conveniri potest. 1. In puncto iniquitatis, ceu qui remotis omnibus impedimentis in Camera antè omnia summarissimè expediendus. 2. quando Actor ex beneficio continentiæ causæ, ob pluralitatem rerum sub diversis territoriis sitarum, & inde resultantem fori diversitatem, processus petit & expresse narrat, sibi non constare, ubi major pars bonorum sita sit: tunc enim statim in Camera, non attento privilegio hoc, processus decernuntur. *Schvvanm. 1. Process. Cam. §. num. 7. Denais. in Iur. Cam. 79. §. 1. ibi, rebus controversis extrâ locum domicilij variè dissitis, refecandis frustrationum ambagibus, actio, velut ex causæ continentia, rectâ in Camera proponitur.* 3. Sic quoque instantia hæc cessat, si partes sponte & expresse eidem renunciaverint. *Dn. D. Schüz. 1. Iur. publ. 9. th. 11. lit. b. pag. 604. & 2. Iur. publ. 3. th. ult. lit. d. Dn. Limneus d. 9. Iur. publ. §. num. 76. Gail. 1. Obs. 1. num. 29. & 1. Obs. 40. Schvvanm. de process. 6. n. 1. tunc enim Judex Ordinarius sive Camera, adiri potest & competens est. Hering. de fidejuss. cap. 23. num. 35. 4. quemadmodum etiam si pars adversa simpliciter in Judicem Ordinarium consentiat: ubi tamen solæ literæ privatæ & extrajudiciales ad efficiendum hunc consensum non sufficiunt, si pars adversa in tempore pœniteat. habet enim hic pœnitētia locum, uti tradunt *Dd. in d. l. si quis in conscribendo §. 1. C. de Episc. & Cleric.* Cæterum hâc deficiente omnino Ordinarius Judex de negotio principali cognoscere potest. *c. cordi. de appell. in 6. §.* Sic quoque bannitos & Regaliis talibus privatos privilegium hoc primæ instantiæ, *der Außträge / amittere, tradit. Wehner. in Obs. pract. v. Außträge.* quamvis alias Judices ordinarij propter Principum ac Dominorum suorum bannum non inhabilitentur, *Mynsing. 1. Ob. 90. per tot. 6.* Tandem quantum ad supplicationes attinet, nihil interest, implorantes an medi-*

atè an immediatè Imperio sint subjecti; quod in mandatis, utpote Executorialibus, Austregæ locum non habeant. *Thomas Michael. ap. Klock. 2. Conf. 84. n. 25. Gail. 1. Obs. 1. n. 52. P. Frider. 2. de Mandat. 12. n. 2.*

XLIV.

Cumque supra etiam dixeram Austregas multis in causis locum non habere: ceteræ verò apud *Petr. Frider. d. 1. de process. 20. Schvvanm. 1. Obs. 25. & 1. process. Cam. 6. & 7. Wehner. in Obs. pract. d. v. Aufträge. Pertram. ap. Arum. 1. Iur. publ. 5. n. 76. Job. Froster. in process. Iudic. p. 146.* fusius recenseantur, harum studiosum ad laudatos hos Dd. brevitatis studio remitto simulque & disquisitionis hujus filum abrumpo.

DEO optimo maximo devotas agens
grates.

COROLLARIA.

AN & quatenus desponsatio à liberis, sine consensu parentum facta, cetera non inhonesta, ex defectu illo nulla sit pronuncianda?

2. An liberi ob non adhibitum parentum in nuptis contrahendis consensum, possint ex heredari?


3. An Exceptio non numeratæ, pecuniæ etiam lapsò biennio possit opponi?

4. An in congruitas in quantitate, si scilicet plus vel minus, quàm interrogatum est, respondimus, stipulationem in totum vitiet?

5. An novatio hodiernum etiam ex conjecturis probari possit?

6. Norimbergæ contraxit Titius, Mævij quidem nomine, sed absque mandato ejus, quem tamen contractum postea Mævius Argentorati ratum habet, quæritur. Utrum in loco contractus, an verò ratificationis conveniri possit?

7. Utrum hunc occidere volens, si per errorem alium occidat, pœnâ homicidij ordinaria teneatur?



Ad Præcellentem

Dn. DISPUTANTE M.

*Um Procerum causis discrimina iusta creare**Astreag, Tua legitima arma doces.**Quod Tua Te dignum magnis vigilantia curis**Destinet exemplo primitiſq; probas.**Perge ita: sic magnos conatibus opto faventes,**Præcipueq; (piis maxima vota) DEV M.*

Gratulab. scripsi

Præses.

Alma Themis, vario virtutis honore corusca.Ad sis ~~&~~ incensa mente benigna fave.

En: qui perpetuo Te semper amore colebat

Et tuus ingenuo pectore totus erat,

Is documenta sui certissima præbet amoris,

Monstrans Te quantum fecerit & faciat.

Disputat, & tecum defendit iusta, tuoque

Pergrato lætus vult habitare sinu.

Te solam loquitur, Te spirat, cogitat unam,

Atque Tuo plenus numine lætus ovat.

Iusta Themis iusto, si iusta rependis honore,

Hic quoq; præ reliquis omnibus unus erit,

Cui faveas, veroque colas quem semper amore,

Præmia cui tanto digna labore feras;

At fers, & tantam, nisi sis iniusta benigna

Virtutem aspicias, optima fronte Themis:

Deque tua magni summum DOCTORIS honorem

Accipiet facili FRISCHIUS ille manu.

*Paucula hac sua dextimo suo contubernali
de proper.*M. Johann Georg Stadler /
Noribergensis.

Magne

Magne minorq³ Canis, quorum jam lucida surgunt
 Sidera, & arentes flamma perurit agros;
 Torrida dum vestris pretium fervoribus æstas
 Accipit, & vultus induit illa novos:
 Cernite, Palladis, juvenem, qui militat armis,
 Materies laudis cui Themis una suæ.
 Hunc etiam suus ardor habet; cui docta papyrus
 Austregas doctè vendicat atq³ docet.
 Vritur Astrææ soboles; edisserit artes,
 Atq³ suum rectis passibus urget iter.
 Non hunc currentem fallax remorata calypso est,
 Sirenumq³ leves detinere chori.
 Sic scripsisse juvat, juvat impendisse laborem,
 Non poterunt docto non placuisse Patri.
 Tic Tibi, sic magna Noridos bis nasceris Vrbi;
 Dum prodesse bonis vis, nocuisse malis.
 Qualia legifera dictant consulta tiara,
 Aut Latia rostris exposuere toga.
 Sic sancta poteris Themidi placuisse: Tibiq³
 Sic studium juris, religionis erit.
 Sic coram magno cum dices Iudice causam,
 Te Pietas ultra non finit esse reum.

Præcellenti Dn. Respond. Amico & Fautori ma-
 ximè colendo sincerioris adfectus Ergò
 adjiciebat

M. Joh. Jacobus Beccius, Augustâ
 Vindelicus.

RECTè eqVIDeM Lato transfers bene grata parenti
 MVnera: Das patriæ CLara, benigna bona.
 Signa spel, Ingenii Mlttens eLegantia DoCte
 sCrIpta rVDIMenta: en! Legat honore pares
 SaCra TheMIs partes: IDEò Lege: perge seqVentes,
 DoCtorIs granDes sponDeo ego tunc tleVLos.

Singuli versus
 annum Chri-
 sti currentem
 1657. cōtinēt.

Amicitia causa
 sc:

Valentinus Bart / Colmar, LL. Stud.

F I N I S.



ULB Halle
003 882 810

3




(f) 5b

Konf







C. I. N. D. N. I. C.
DISPUTATIO IURIDICA,
DE
INSTANTIA IMP.
PROCERVM PRIMA.

195.

26

Sept. x.

1657 6.

Sive
AUSTREGIS IMPERIALIBUS,

quam

sub Præsidio,

Viri Amplissimi & Consultissimi,

DN. JOHANNIS REBHAN,

U. J. D. & Pand. Profefs. Ordin. celeberrimi,

Patroni ac Præceptoris sui venerandi,

publicè ventilandam proponit,

JOHANNES CHRISTOPHORUS

Frifch / Norimberg.

M. Julij, d. horis locoq̄

solitis.



ARGENTORATI.

Typis Hæredum JACOBI THILONIS,

ANNO cl̄o, lcc. LVII.